



20. 2
34
1600

THEMATA LEGALIA:
DE
SVCCESIONE
LEGITIMA SIVE QVÆ
defertur ab intestato ex jure Civ.
feudali nec non Saxon decerpta.

Quæ

D. O. M. A.

Authoritate & consensu

Nobiliss. & amplissimi ICorum ordinis in in-
clyta Salana Academia.

Præside

Clariss. ac consultiss. viro.

Dn. ORTOLPHO FOMANNO

I. V. D. & Pandectarum Profes-
sore excellentissimo.

Publicè discutienda exhibet


HEINO HINTZIVS Stad. Saxo.

Ad diem. 11. Octobr. in Icorum Auditorio.

J E N Æ

Excudebat Tobias Steinman,

Anno M D C.



*Reverendis, Magnificis, Strenuis, Nobilissi-
mis nec non virtute ac rerum usu præ-
stantissimis viris,*

**Dn. THEODORICO,
ET DN. IODOCO A GALEN**
Fratribus germanis: Illi Præposito Bremensi
tùm Ecclesiæ Cathedralis, tùm etiam quæ est
ad S. Ansharijædem, Satrapæ item Ot-
terbergensi: Huic Canonico Bremens-
si & monasterij Zevenſis Præposito

Dn. LUDOVICO PINCIERO
IC. CELEBERRIMO. ILLUSTRISS. CEL-
ſſimiq, Principis ac Dn. Dn. Ioannis Adolphi Ducis Hol-
ſatiæ &c Consiliario fidelissimo ac Cathedralis Ecclesiæ
Lubecensis Decano spectatissimo.

Dn. THEODORICO von Horn pervetu-
stæ Reipub. Stadenſis civi primario.

*Dn. Patronis, Affini & avunculo nusquam non
& nunquam non colendis*

Hasce assertions legales

IN

Debitæ observantiæ argumentum, & exercitij
Academici testimonium

offert & dedicat

Heino Hintzius
Auctor & Resp.

De successione legitima sive quæ defertur ab intestato.

Thesis I.

Successio (a) ab intestato (b) quæ
proprie legitima (c) dicitur, est extra ca-
sum ultimæ voluntatis, defuncti hære-
ditatis acquisitio. (d)

(a.) Quod successiois vocabulum in iure nostro am-
biguum est & interdum usurpatur pro ipsa hereditate
l. aufertur 46. in pr. ff. d. iure Fisci l. mater 19. de inoff. test: Quæ signi-
ficatione Imp. in suis rescriptis & constitutionibus frequentissimè utun-
tur. l. Quotiens 10. C. Famil. ercis. l. 4. in princ. & l. seq. 5. §. cum vero
maior. ult. C. de temp. in integ. restit. l. ut debitum 5. C. d. hered. act. ion. l.
2. C. Unde legitimi. l. consanguinitatis 3. de legit. hered. Quibus allegatis
textibus adductus Vasquius malè successiois definitionem revocat ad de-
finitionem hereditatis, quæ traditur à Caio in l. 24. de V. S. Quippe
cum plurimum distet hereditas à successione, illa enim complectitur ius
universum quod defunctus habuit, Hæc respicit ius succedendi, quod in-
ductum est vel iure Prætorio vel civili. Interdum vero pro iure succe-
dendi l. servus 3. §. 3. ff. de hered. instit. l. Pomponius 13. §. quæsitum 4.
de acquir. poss. Forst. lib. I. Success. ab intest. c. 2. n. 3. & seq. (b) Inte-
status quis dicatur decessisse docet Iustin in princ. instit. de hered. quæ ab
intest. defer: An autem pupillus, furiosus, prodigus, filiusfam. Castrense
peculium non habens, item Vasallus quoad feudum (qui testamenta facere
non possunt §. 1. instit. Quibus non est permiss. fac. test. l. 5. l. 28. l. 19.
ff. Qui testam. fac. poss. l. Si frater. C. eod. c. 1. d. Succ. feu. c. 1. §. donare
Qual. olim feud. pot. alien.) intestati dicantur decedere, maxime si illis
substitutum non sit diu multumq; inter. Dd. agiturum est? Quod nos (licet
intestati proprie dicantur illi qui testandi facultatem habuerunt, quod

privatio prasupponat habitum) contra Ioann. Fabr. Borch. Schneid. Hof.
 & alios qui eos non intestatos sed potius intestabiles appellant. Affir. l. 4.
 Qui pet. tut. l. 4. §. fin. Ad. l. Falcid. l. qui duobus de reb. dub. l. 2. §. si
 si mater ad Senatuscons. Tertyll. l. 27. C. de testam. & alijs quàm pluri-
 mis textib. Sed quid dicendum si testamentum per querelam sit rescisum,
 vel contra tabb. testamenti succedatur? Et eundem intestatum non testa-
 tum cum Dd. dico. §. quos autem 2 instit. de honor. poss. l. ut liberis 17.
 C. d. collatio: princ. inst. de her. que ab int. Gæd. ad l. intestatus 64 n. 6. d.
 V. S. Forst. d. tract. lib. 3. c. 3. n. 2. Myns. in pr. l. hic. Diss. Vult. ad pr. l. hic
 arg. l. 3 ff. de inoff. test. (c) Quia lege sola sine ulla defuncti expressa volū-
 tate nobis obvenit. l. 1. & 3. de petit. hered. tot. tit. C. & ff. de legit. hered.
 item. 1. 1. de suis & legit. & tot. tit. inst. de legit. agnat. succ. l. 3. §. 2. ff.
 Pro Soc. Donell. lib. 9. com. c. 1. Gædd. ad l. lege obvenire 130. de V. S.
 Num. a. legitimæ appellatione etiam veniat testamentaria, propter d.
 1. 3. §. pen. ff. Pro soc. & d. l. lege obvenire non usquequaq. expeditum
 est. Nos testamentariam propriè ea appellatione non venire asseveramus
 d. l. 3. §. pen. Gædd. ad d. l. lege obvenire d. V. S. Forst. de. tr. lib. 1. c.
 16. 17. 18. Quomodo etiam iusta, & ius legitimum dicitur. l. ult. de
 stat. hom. l. 8. d. petit. hered. l. 6. si quis omisa caus. testam. l. 2. §. 4. de
 suis & legit. Diss. Alciat. 4. parad. 7. & in d. l. 130. de V. S. Bud. in π. in
 d. l. 3. Pro Soc. (d) per l. ult. de suis & legit.

II.

Huius successione hi constituuntur ordines.
 Primus est descendentium, Secundus ascendentium,
 Tertius collateralium. (a) Quibus adiecit Prætor
 mutuam viri & uxoris successione (b) Quintus de-
 nique ordo succedendi fisci est. (c)

(a) Nov 112 in princ. & 127. Schneid. in pr. inst. de hered. que
 ab intest. defer. n. 16, & ibi Dd. communiter. Quot vero ordines iure
 feudali constituti sint, expeditum non est? Vnum tantum descendentium
 nim. in feudis admittimus. c. 1. de succ. feud. c. 1. de success. frat. Myns.
 cent. 3. obs. 93. Zas. p. 8. n. 2. de feud. Vult. c. 9. n. 104. Dd in c. 1. de
 succ. feud. Guil. lib. 2. obs. 154. n. 4. Schneid. de succ. collat. n. 6. Hotom.
 disp. feud. 19. qui ait se non dubitare propter text. lib. 1. c. 1. §. 2. & 1.
 14. §. 3. t. 20. & tit. 8. §. 3. & lib. 2. tit. 11. §. 2. t. 12. t. 50. lib. 3. tit.
 4. §. 3.

4. §. 3. lib. 1. tit. 19. §. 2. Quibus omnibus dicitur transversorum suc-
 cessionem non esse. Idem est de iure Saxon. nisi simultanee investiti sunt.
 Ehenrecht. c. 6. & c. 11. Fachs. lib. 1. diff. iur. Civ. & Sax. diff. 29. (b)
 101 tit. C. & ff. unde vir & uxor. (c) totit. c. de bon. vac. & incorp. lib. 10.
 Erst. lib. 3 c. 8. Schneid. in pr. h. t. n. 4. Borch. de grad. c. Quibus he-
 red. ab intest. def.

III.

Primum itaque omnium & naturæ & commu-
 ni parentum voto suffragante liberi ex iustis nuptiis
 sive nati sive nascituri (a) sive masculi sive foeminæ (b)
 sive sui sive emancipati (c) sive Clerici sive seculares (d)
 succedunt.

(a) §. 1. versu posthumi inst. de hered. quæ ab intest. l. 3. §. utiqz
 ff. de sui & legit. l. 4. C. de legit. hered. (b) Nov. 118. c. 1. vers. Nulla in-
 trodúcenda. Nov. 118. c. 4. Quam vetustas 15. inst. h. t. auth. tit. in succeſsi-
 onem. C. de suis & legit. Et hoc quidem indistinctè in bonis allodialibus
 à defuncto relictis de iure civ. obrinet. Secus autem est de iur. Sax. quo
 distinguitur inter utensilia & res expeditorias ita ut in illis fœmina, in
 his verò masculi præferantur Landrecht lib. 1. art. 5. Const. Elect. Aug.
 11. p. 3. Fachs. diff. iur. civ. & Sax. p. 1. diff. 21. Hart. Pist. p. 1. quest.
 32. Idemne dicendum est quoad bona feudalia? Neg. Nam in feudis
 fœmina regulariter non succedunt. c. 1. §. & filia de succ. feud. c. un in pr.
 vers. ad filias vero de succ. frat. c. 1. quemad. feud. ad fil. c. 1. §. fin. de ino-
 vest. de re alien. Hart. Pist. quest. 34. n. 1. Vult. de feud. c. 9. n. 25. adeo
 ut etiam ex ijs nati excludantur c. 1. de succ. frat. c. 1. §. hoc autem no-
 tandam. De his qui feud. dar. poss. Hoc etiam negantes de fœmina quoad
 feudum emptum Borch c. 17. n. 65. Myns. 5. obs. 73. Vult. c. 9. n. 44.
 (Dis. clar. §. feudum, quest. 73. Geil. 2. obs. 159. n. 5.) Statimur con-
 trarium quoad Francum & fœmineum. In his autem fœmina succedit.
 Vult. c. 9. n. 41. Pist. 32. n. 25. per c. 1. Si cui mil. c. 11. d. feud. fœm. c.
 1. in pr. de nat. succ. feud. in verbo. Nisi sit fœmineum c. 1. de succ. frat.
 Placet etiam hic disquirere. An fœmina semel exclusa semper exclusa
 censenda sit? Negativa ut humaniori & æquiori subscribo. Vult. c. 9. n.
 51. per text. c. 1. §. filia de succ. feud. cun. de eo qui sibi & hered. Myns.
 5. obs. 75. Hart. Post. p. 2. quest. 36. Dis. Dd. communiter Borch. d.
 feud. c. 7. n. 37. Geil. 2. obs. 148. n. 1. Duar. c. 10. n. 12. (c) Nov. 118.

A 3

c. 1. Auth.

c. 1. Auth. in successione C. de suis & legit. Schneid. ad h. t. de primo
 ord. succ. n. 1. An autem hodie emancipati solo iure Prætorio an vero
 etiam iure civ. succedant inter Dd. discopatur. Nos non Prætorio solo
 sed etiam civili iure eos succedere affirmam. Nov. 118. c. 1. in pr. d.
 auth. in successione collata l. fin. § fin. de leg. her. Schneid. d. loco. n. 5.
 Forst. lib. 8. c. 9. n. 6. & lib. 4. c. 12. n. 4. Dis. Cuiac. ad d. Nov. 118. &
 par. ff. lib. 37. tit. 5. (d) Nov. 5. c. 3. auth. ingressi C. d. SS. eccl. l. 5. §.
 1. de Episc. & Cleric. Non tamen in feudalibus c. 1. §. Ex hoc illud de-
 scendit de feud. fœm. c. 1. §. Qui Clericus si de feud. des. contr. c. 1. de
 mil. vas. qui arm. bel. dep. Vult d. c. 9. n. 67. Hart. P. st. p. 3. quest. 33.
 Myns. 5. obs. 48. n. 3. Imo Clerici & religionem ingressi sive monachi
 feudum si quod habent perdunt nec recipiunt quamvis habitum reli-
 gionis rursus deposuerint d. c. 1. de feud. fœm. in fin. d. c. 1. §. Qui
 Clericus,

IV.

Et quidem si primi gradus sunt æqualiter in ca-
 pita: Nepotes vero & posteriores iure repræsentationis
 (a) sive soli sint sive cum primi gradus liberis concu-
 rant in stirpes (b) admittuntur; Nisi dignitas & consue-
 tudo aliqua loci primogenitum succedere velit, ut in
 Electorali dignitate sancitum.

(a) §. 6. vers. & quia. Inst. de hered. que ab int. Nov. 118. c. 1. Goo-
 metz. 1. resol. c. 1. Schneid. de succ. fil. nat. & leg. sim. n. 22. Quod eti-
 am de iure Saxon. obtinet Landrecht lib. 1. art. 5. in pr. ubi dicitur Was
 der Sohn bey leben seines Vaters & c. Fachs. d. lib. 1. diff. 22. Sed tan-
 tum quo ad allodialia bona non etiam feudalibus Lehenrecht c. 6. quamvis
 hoc quoque non amplius hodie observetur Fachs d. lib. 1. diff. 22. §. fin.
 Bey dieser 22. diff. Num verò ius repræsentationis in linea descendente
 in infinitum extendatur tam civilis quam feudalis iuris interpp. contro-
 vertunt. De utroque affir. text. expressus est in auth. in successione. C. de
 suis & legit. Nov. 118. c. 1. l. 10. §. parentes 7. de grad. & affin.
 Schrad. tr. feud. p. 7. c. 5. n. 41. arg. c. 1. vers strenuus de feud. cog.
 c. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dar. c. 1. de succ. feud. c. 1. de succ.
 fratri

fratr. (b) Nov. 118. c. 1. §. cum filius inst. hic. l. 2. C. de suis & legit. Forst
 lib. 4. c. 14. An idem dicendum sit de iure Sax. p. assertim. si nepotes so-
 li succedunt, propter text. art. 17. lib. 1. ibi. Wan sich ein Erbe ver-
 schwesteret oder verbrüderet hat, alle die sich gleich nahe zu dem Sip-
 ziehen müssen die nemmen gleiche theil daran. in dubium vocatur.
 Quod a fir. cum Schneid. d. loco n. 2. 3. ubi ad alleg. text. respondet. (c)
 vid. aur. bull. Carol. IV. Von der Erbschöffen legen § und sol der
 erstgeborne Sohn &c. Geil. 2. obs. 153. n. 2. & 3. & Myns. cent. 3. obs.
 22. Cum, d. aur. bulla Carol. IV. primogenitum reliquis preferri volue-
 rit ei, impuberi tutorem & administratorem proximum agnatum ad
 18. usq. etatis annum constituerit obiter indagare libet. Num ius illud
 proximo agnato per testamentum auferri possit. Quod neg. d. aur. bulla.
 §. inter sollicitudines Gædd. ad l. verbis 120. V. S.

V.

Hinc nobiles sæpiusque in maximis imperiis agi-
 tatae sese offerunt quaestiones, 1. Vter ex duobus filiis,
 quorum alter antequam pater consecutus est dignitatem
 Regiam, puta Electoralem vel Ducalem, alter vero
 postea natus est, ratione primogeniturae succedere de-
 beat? Nos eum quem naturae foelicitas & privilegium
 ætatis primum fecit alteri præferendum esse existima-
 mus. (a) 2. An filius primogeniti patruo secundo
 loco genito mortuo patre potior habeatur? Quod pu-
 tamus. (b)

(a) l. senatoris filium 5. ff. de Senat. l. 2. §. in filiis de Decur. Ho-
 tom illust. quest. 2. Forst. d. tr. lib. 4. c. 24. n. 28. & seqq. Tiraq. de iur.
 primogen. quest. 31. Dis. Zas. p. 8. n. 66. & novissime Schrad. de feud.
 p. 7. c. 5. n. 37. Alciat ad l. bonæ fidei n. 8. Depo (b) Quam sententiam a-
 pte aurea Bullæ Car. 4. in electorum successione confirmat cuius verba
 recenset Fachin. 6. cont. 6. ubi etiam huic sententia plerarum genti-
 um mores & consuetudines, præiudicia & alia ad stipulari testatur. Ti-
 rag. de iur. primogen. quest. 40. Forst. d. lib. 4. c. 20. n. 2. Myns. cit. loco.
 Hotom. illust. quest. 3. & in disp. de contr. suc. reg. int. pat. & frat. præ-
 mort. filium. Dis. Barth. in autb. post fratres C. de legit. hered. Cuiac. in
 e. un. de succ. fr. lib. 2. c. 11. Fab. in §. cæterum inst. de legit. agn. succ.
 Es

VI.

Et hæc de liberis ex eod. matrimonio natis: Si ex diversis matrimonijs suscepti sunt liberi, communi parenti æqualiter succedunt; Diversis separatim: ut quilibet suo succedat (a) nisi pactum de vnione prolium intercesserit. (b)

(a) l. 3. 4. 5. C. de secund. nupt. l. matris intestate 4. ff. ad Senatuscons. Tertyll. Nov. 22. c. 29. de nupt. Forst. lib. 4. c. 16. Borch. de feud. c. 7. n. 16. (b) Quod valet & de iure subsistet, si modo solennitates, fuerint observate, quæ potissimum in plena causa cognitione coram iudice loci ordinario, coniungendorum, tutorum vel propinquorum quorum interest presentia, videntur posite: Geil. 2. obs. 125. & 126. Schneid. ad § cum autem impubes inst. de Adopt.

VII.

Liberi legitimi tantum sive adoptivi. quamdiu in patris adoptivi potestate sunt, patri adoptivo ab intestato succedunt: etiam si liberos habeat naturales & legitimos simul. (a) Secus est si per emancipationem exierunt patris potestate tunc enim ipsi non succedunt sed patri suo naturali. (b)

(a) §. 2. inst. de Adopt. l. pen. C. eod. l. 1. §. 2. de suis & legit. §. intestatus in sui inst. h. t. Forst. lib. 5. c. 2. Schneid. de succ. adopt. fil. n. 3. (b) d. l. pen. §. sin autem C. de Adopt. Nunquid autem adoptivi liberi quamdiu in adoptiva familia sunt ad naturalis quoque parentis successionem admittentur? Et admitti eos nulli dubitamus §. sed ea omnia l. de her. que ab intest. l. pen. §. sed ne articulum C. de Adopt. Borch. de succ. lib. legit in fin. tr. de grad. Cessat hæc successio in feudis, in quibus natura vel naturalis generis ratio habetur non civilium c. 1. §. adoptivus & ibi Dd. si de feud. dos. contr. Duar. c. 11. n. 6. Vult. c. 9. n. 90. Forst. lib. 5. c. 5.

VIII.

Arrogati non solum ab intestato, sed etiam testamento condito succedunt ita, ut si arrogator in testamento prætereat filium arrogatum nec instituat eum here:

heredem aut exheredet sine iusta causa, arrogato non modo sint omnia sua bona restituenda sed & quarta pars bonorum ipsius arrogatoris.

§. item non aliter inst. de Adopt. l. ult. ff. si quid in fraud. patr. Donel. 2. com. 27. pag. 116. n. 40. Limitatur etiam hoc non procedere in feudilibus d. c. adoptivus. Si de feud. def. contr. Nisi esset arrogatum ab avo paterno cui alias in feudo succederet. Schneid. de succ. leg. tant. in fine.

IX.

Diximus hactenus tum de naturalibus & legitimis simul, tum de legitimis tantum. Sequitur ut de legitimatis iam videamus Legitimati per subsequens matrimonium (a) per omnia cum reliquis legitimis & naturalibus liberis ex iusto matrimonio procreatis succedunt. (b)

(a) etiam in articulo mortis contractum Covar. tract. de Sponsal. p. 2. §. c. 8. n. 2. Geil. 2. obs. 141. n. 8. Forst. lib. 2. pag. 170. arg. l. 10. C. de natur. lib. iuncta l. 2. C. de nupt. nec impedit matrimonium medium interveniens arg. l. 20. Solut. matr. l. 36. 41. de iur. dot. Zas. 17. feud. p. 8. n. 76. vid. Forst. d. lib. 2. pag. 171. & seq. (b) Nov. 74. c. 2. & in §. Et quoniam varia in auth. Quib. mod. nat. eff. sui. Covar. de loco. Geil. d. loco. adeo ut hoc etiam in feudis obtinere cum Dd. existimemus. c. tanta Extra. Qui filij sint legit Geil. 1. obs. 141. Myns. 5. obs. 42. Zas. p. 8. n. 76. Clar. §. feud. quest. 81. Diss. Somsb. p. 9. n. 72. Hotom. cons. 10. vol. 1. Vult. in pralect. feud. c. 8. VVes. c. 9. n. 10. ubi obiter & illud quaeritur, quid iuris sit. Quando in investitura dicitur concedo tibi praedium in feudum pro te & filiis tuis legitime natis Wirleihen das Euet dir vnd deinen ehelicheu gebornen manlicheu leibs lebens Erben etiam legitimati per subseq. matrim. contineantur. Et licet negativa conclusio in puncto iuris verior videatur Curt. lun. p. 3. m. n. 41. Somsb. p. 9. de feud. n. 72. communis tamen adfirmativa benignior & aequior obtinet. Pist. p. 2. quest. 4. VVesen de feud. c. 6. nisi evidenter mens contrahentium diversa arguatur Pist. n. 36. & seqq.

X.

In legitimatis vero per rescriptum principis non ita

B

Hi

Hi enim patri tantum, non reliquis cognatis succedunt
idque eo tantum casu si nulli alij filij ex iustis nuptijs
superfint (a)

(a) §. Quibus connumerari inst de hered qua ab intest. auth. item
sine C. de naturalibus liberis Nov. 89. §. illud tamen Nov. 74 c. 2. Sacus
autem sese res habet quoad feuda in ijs enim nulla eorum successio est c.
naturales si de feud. defunct. contr. nisi disertis verbis in rescripto ab
Imp. mentio facta sit ut etiam feudorum capaces esse possint. De legitio
materum per oblationem curie successione non est quod quaramus præ-
sertim cum modus ille legitimandi hodie repub. immutata exoleverit
secundum Ang. cons. 17. n. 5. vers. Hodie autem. Mant. lib. 11. de con-
iect. ult. volunt c. 10. Succedunt aliàs istiusmodi legitimati patri etiam
liberis naturalibus & legit. simul extantibus Nov. 89. c. 4. modò pater
naturales curie obtulerit: A feudis vero arguentur.

XI.

De illegitimis sic habendum. Quod ex his ij qui
naturales tantum sunt, hoc est ex concubina domi ux-
oris loco retenta nati, patri suo naturali non succedant
(a) matri verò & alijs per lineam maternam ascenden-
tibus perinde atque si ex iusto matrimonio nati essent,
heredes ab intestato existant, si ve soli sint sive cum ijs
naturales & legitimi simul concurrant (b)

(a) Excipe tamen casum quando defunctus alios liberos & vxo-
rem legitimam post se in vivis non reliquit. Tunc enim succedunt ab in-
testato in duabus uncjs cum matre dividendis Nov. 89. c. 12. Alendi vero
sunt ab extantibus liberis secundum mensuram substantia arbitrio boni vi-
ri d. Nov. 89. c. 12. auth. licet C. de natur. lib. (b) Quod ita constitutum
est SC. Orficiano nec à Iustinian. immutatum §. novissimè inst. d. Sena-
tus cons. Orfic. l. hac parte ff. unde cognati l. pen. C. ad Orfic. Fallit quo-
ad feuda d. c. naturales quamvis mater haberet feudum scemineum d. c.
naturales & ibi communiter Dd. Pist. quæst. 40. n. 2. Curt. Jun. in tr. feud.
p. 2. p. 3. 9. 17. n. 30. VVes. de feud. c. 6. n. 10. Zas. p. 8. n. 72. De
iur. Sax. cautum reperitur ut nec illegitimè nati matri nec vice versa
mater illegitime natis succedat sed ipsorum bona tanquam vacantia Fisco
addicantur per text. in art. 38. iuncta gloss. & in art. 51. iuncta gl.
lib.

lib. 1. Landrecht sed quia dura & iniqua hac videtur sententia, ideo hodie non observatur. Sed restringitur secundum ius com: ut intelligatur de illegitimis natis ex damnato scilicet coitu. & ita sententia post Weichbildt sub tit. Dnehrliche Kinder auff wen vnd wie sie ihr erbe verfaller. Schneid. hic. n. 20.

XII.

Idem ferè dicendum est de Spurijs (a) Sed an idem etiã in incestuosis nefarijs & adulterinis obtinet? Minime. Hi enim ne matri quidem succedunt (b)

(a) alleg. textib. sup. ad rhes. preced. nisi tamen mater fuerit illustris persona tunc enim spurij ab eius hereditate excluduntur l. si qua §. C. ad Senat. Orfic. Schneid. saepe alleg. lo. (b) Auth. ex complexu C. de incest. nupt. Nov. 89. §. fin. Quod adeo verum est ut nec alimenta ijs de iur. civ. debeantur d. Nov. 89. c. ult. d. auth. ex complexu. Num ergo de iure canon. affirm. per c. cum haberet ext. de eo qui duxit in uxore Forst lib. 6. c. 50. Covarr. de matrim. p. 2. c. 8. §. 6. n. 8. & Dd. communiter ad d. c. cum haberet. Dis. Palaot. de spur. c. 46. n. 10.

XIII.

Secundus ordo Ascendentium est Qui aut soli aut cum alijs succedunt. Si soli & in pari gradu sunt, admittuntur æqualiter: (a) Sin minus proximior gradu remotiorem excludet (b)

(a) Nov. 118. c. 2. Auth. defuncto C. ad SC. Terryll. Borch. de grad. pag. 209. Forst lib. 7. c. 4. n. 6. Non refert utrum bona illa ex linea materna an vero paterna ad filium pervenerint. Bald in d. auth. defuncto C. ad SC. Terryll. Forst. lib. 3. pag. 275. & seq. Myns. cent. 6. obs. 55. Dis. Bart. in l. post dotem 14. ff. solut. matr. aliq. quam plurimi in d. auth. defuncto ibi salvo gradus & c. Sed an hodie pater usumfr. retineat dimidiæ portionis peculij adventitij matrim. delata. questionis est. Neg. arg. l. 2. C. de bon. matr. l. 6. & fin. C. de bon. quæ lib. Nov. 118. c. 2. (b) nec locum habet ius representationis d. auth. defuncto ibi salva gradus prærogativa & vulgo Dd. Dis. Iacob Butrig. in d. auth. defuncto.

XIV.

Si vero cum parentibus etiam concurrant defuncti fratres & sorores, defuncto ex utroque latere con-

iuncti(a) pro numero personarum æqualiter succedunt
in capita (b) Prædefunctorum vero fratrum vel soro-
rum liberi in stirpes (c)

(a) Nam aliud obtinet in fratribus & sororibus defuncto ex uno
latere tantum conjunctis. Hi enim iuris & ll. veritate inspecta cum pa-
rentibus non succedunt sed ab his excluduntur. Nov. 118. c. 2. vers. Si
vero cum ascendentibus Nov. 127. §. 1. Auth. defuncto C. de bon. que
lib. Schneid. de ord. ascend. n. 30. Contrarium deciditur de iure Saxon.
art. 17. lib. 1. Schneid. hic n. 34. & 35. (b) d. Nov. 118. c. 2. vers. Si
vero cum ascendentibus auth. defuncto ad SC. Tertyll. Borch. de grad.
pag. 112. Forst. lib. 7. c. 5. (c) Nov. 118. & Nov. 127. c. 1. Schneid. de
succ. ascend. n. 23. Myns. 6. obs. 41. n. 1. Diss. Cuiac in Nov. 118. Borch.
d. loco. Sed si soli fratrum filij ascendentibus extant nullis superstibus
fratribus germanis. an fratrum filij excluduntur? Affirmat Cuiac. Nov.
118. in fin & Borch. de grad. pag. 217. & seq. Dissentimus cum Schn.
hic. n. 29. per rubr. Nov. 127. Forst. lib. 7. c. 7. n. 3.

XV

Movetur hic quæstio de patre vel matre, avo vel
avia, ad secunda vota transeunte, an hi extantibus de-
functi fratribus germanis, eorumque filijs hoc ius suc-
cedendi amittant? Et eos id non amittere obtinuit, si ex
voluntate primi coniugis, consilio amicorum & pro-
pinquorum, ipsorum liberorum & tutorum ac cura-
torum eorum secundas nuptias contraxerint. Quod si
his invitis usumfr. tantum, non etiam proprietatem
per hanc successionem acquirunt earum rerum quæ à
prædefuncto coniuge ad filij vel nepotis mortui here-
ditatem pervenerunt.

l. femina 3. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 46. & 47. Ant. Gabr. lib.
3. tit. de secund. nupt. concl. 3. n. 36 & concl. 1. n. 40. Coraf. 3. misc. 1. in-
fin. Geil. lib. 2. obs. 98. n. 18. & seq. Forst. lib. 3. pag. 287.

XVI.

Et hæc quæ dicta sunt hætenus vera sunt de pa-
rentibus naturalib. & legitimis simul. Quid statuen-
dum

dum sit de legitimorum tantum naturalium, vulgo
quæditorum, & incestuosorum parentum successione
patebit ex ijs, quæ dicta sunt supra de talium liberorum
successione.

Vide supra thes. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Correlativorum n. eadem
est natura. l. fin. C. de indict. viduit. 1011.

XVII.

Sequitur tertius ordo, qui collateralium est (a) Ex his
preferuntur fratres & sorores utrinque coniuncti. Et si soli
sunt æqualiter in capita (b) Si vero cum ipsis pariter alio-
rum æquæ germanorum fratrum filij concurrant, in stirpes
(c) admittuntur.

(a) Nov. 118. c. 1. & 3. *Aney successio sui in feudis. tractatum est
supra thes. 2. lit. A.* (b) Nov. 118. c. 3. *auth. cessante auth. post fratres
l. fin. C. de legit. hered. auth. itaqz C. comm. de success. Nov. 127. c. 1. ex-
clusis fratribus ab alterutra tantum parte coniunctu d. auth. cessante d.
auth. post fratres Concordat ius Saxon. art. 20. lib. 2. Dissentis ius feu-
dale ubi fratres consanguineæ æqualiter admittuntur cum fratribus ex
utraqz parte coniunctis Dd. in c. 1. §. Quod ita intelligendum de succ.
fratr. Vult. lib. 1. c. 9. n. 108. Harv. Pist. 1. quest. 33. n. 23. Geil. obs. 151
non tamen ut collaterales, sed ut descendentes. (c) *auth. cessante Nov.
118. c. 3. vers. Si autem defuncto. Et hoc propter ius representationis,
quod in linea hac collateralium ultra fratrum filios non extendi dubitemus
nulli. Nov. 118. c. 3. vers. hoc privilegium Forst. lib. 2. c. 1. Id quod &
Caroll. V. Anno. 1521. Noriber. constituit. Obtinet etiam hoc de iure
feudali Dd. communiter in c. 1. §. bis verò deficientibus de succ. fratr.
Duar. c. 11. n. 13. Myns. 3. obs. 94. Vult. c. 9. n. 109. De iure Saxoni-
iis representationis locum non habet in collateralibus per regulam art.
3. lib. 1. je näher dem Sip/je näher dem erbe & per art. 17. lib. 1.
Scha. de succ. collat. n. 14. Limitatur hoc, ut procedat tantum in alodio
alibus non autem feudalibus bonis in quibus saltem spectatur ius simulta-
neæ investiture, nec graduum prerogativa, nisi investitura sit apposita
clausula nach rechten Sipzahl. Tum enim proximior excludit remo-
torem servato iure representationis ut si fratres simultaneæ in-
vestiti & unus præmoriatur relicto tribus vel plurimis filijs & postea de-
cedit alter frater sine filio masculino, relicto fratre & fratris præmortui fi-
ijs, frater superstes non excludit fratris præmortui filios sed etiam hi suc-
cedunt**

cedant in feudo ipsi defuncto text. Lehenrecht c. 32. Const. Elect. 29. p. 3. Fachl. diff. 29 Hart. Pist. p. 3. 9. 23. & 43.

XVIII.

Deficientibus fratribus ac sororibus utrinque coniunctis soli (a) duorum vel plurium fratrum vel sororum utrinque coniunctorum liberi admittuntur. An autem in capita an in stirpes acerrimè disputarunt interp. Azo in capita fieri successionem voluit. Bart. in stirpes. Tandem Car. V. in comitijs Spirensib. hanc controversiam diremit, & Azonis sententiam utpote de iure veriore confirmavit (b)

(a) nec enim cum ijs vocantur fratres vel sorores ex uno latere coniuncti Nov. 118. c. 3. vers. unde consequens sicut de iure Sax. Landrecht lib. 2. art. 20. sententia est post Weichbild sub rubr. wie halber Bruder Const. 18. p. 3. Ves. in parat. de grad. n. 16. (b) text. express. in l. 1. §. fin. ff. si pars hered. pet. l. 2. §. hac hereditas ff. de suis & legit. l. fin. §. 3. l. 14. §. 1. l. 15. §. 3. Vers. illo etiam observando. C. de legit. hered. Myns. 3. obs. 64. Donell. 9. com. 4. Forst. lib. 8. c. 3. Idem servatur iure Saxon. Landrecht lib. 1. art. 17. & est sent. post. weichbild sub tit. Schwester vnd brüder Kinder sind einander gleich. Nec hoc solum in allodialibus sed etiam in feudalibus obtinet. Zas. in Epi. feud. p. 8. & 1. sing. in ell. c. 7. Borh. d. feud. c. 7. n. 28. Myns. alleg. loco.

XXI.

Post hos tandem admittuntur coniuncti ex uno tantum latere (a) servata tamen distinctione inter paterna & materna bona. In his enim uterini soli, in illis consanguinei soli succedunt (b) non existentibus his reliqui collaterales secundum gradus prærogativam ad hereditatis (c) successionem in capita vocantur. (d)

(a) Nov. 118. c. 3. aub. post fratres C. de legit. hered. probat Const. Elect. 18. p. 2. Adeo ut etiam patruum, avunculum, amitam, materteram defuncti excludant d. aub. post fratres & d. Nov. 118. c. 3. Diversum statuitur de iure Saxon. ubi patruus qui est defuncto patri ex utroque latere coniunctus cum fratre defuncti ex uno latere iuncto succedit pariter. Ratio est quod secundum idem ius patruus & frater ex uno latere coniunctus in pari consistunt gradu. De quo vide duas sententias post Weichbild sub tit. halber Bruder nimbt erbe vor des Vatern Bruder & sententiam sequentem sub tit. Zwispalt auff den gemeinten fall &c. In provincijs vero Thuringia & sec. constit. Elect. Sax. uterinus vel consanguineus

guineus excludit patrum etc & hunc demum ex uno latere coniunctus
 trasponit gradum si cum utringue coniuncto succedere vult. Col par. 1 c. 3.
 38 (b) Nov. 84. c. 1. S. plurimi namque 2. l. de emancipatis 13. §. fin. ibi
 exceptis paternis rebus C. de legit. hered. Donell. 9. com. 4. Fach. 6 contr.
 5. Myns. ad §. ceterum n. 8. & 9. inst. de legit. agn. succ. (c) Nov. 118. c.
 3. post fratres C. de legit. hered. Paul. lib. 4. sent. tit. 3. Ad quem vero usque
 gradum admittendi multum conflictantur Dd. Probabilius est ad infinitum
 usque eos succedere §. ceterum in inst. de succ. agnat. l. 2. in pr. & §.
 1. De suis & legit. Nov. 118. c. 3. Donell. 9. c. 4. Diss. Geil. 2. obs. 150. in
 pr. Myns. in §. ult. inst. de succ. cog. De iure sax. successio collateralium non
 excedit 7. gradum Sandrecht. lib. 1. art. 3. Fachs. diff. 30. lib. 1. Quedi-
 versitas in numeratione graduum posita.

XX.

Eadem est successio fratrum per subs. matr. (a) non a. per
 rescriptum Principis aut oblationem Curie legitimatorum
 (b) Legitimi sive adoptivi fratribus suis succedunt si in po-
 testatem adoptantis transierunt (c) vulgo quæriti seu natu-
 rales fratres per lineam maternam (secus per paternam) con-
 iuncti sibi invicem succedunt (d) Inter natos autem ex dam-
 nato coitu nullam admittimus successionem (e)

(a) c. tanta vis. ext. Qui filij sint legit. §. Quibus connumerari inst. h. &
 (b) Hi n. soli patri succedunt non alijs cognatis patris neque ascendentibus
 neque descendentibus neque collateralibus vid. §. th. 10. lit. B (c) l. pen. §. sed ut
 C. de adop. vult. ad tit. l. hic. n. 48 (d) §. eos §. vulgo. inst. de succ. cog. l. 2.
 l. 4. Unde cognati Nov. 89. c. fin. Covar. in Epit. decr. p. 2. c. 8. §. 5. n. 19
 (e) a. i. h. ex complexu C. de incest. & in inst. nupt. Schnei. h. t. n. 47. Fach.
 lib. 6. cont. c. 10. Cum nec liberorum nec fratrum loco habeantur. Vult.
 sit. inst. hic. n. 49.

XXI.

Liberorum, parentum, & propinquorum legitima vel na-
 turali successione deficiente, coniuges sibi invicem de iure
 prætorio succedunt (a) ubi in primis consuetudines & statu-
 ta loci, in quo maritus domicilium habet (b) item pacta do-
 talia inspici debent. (c)

(a) l. un. unde vir & uxor l. un. C. eod. l. 1. de tit. nupt. Forst. lib. 9. c. 3.
 n. 1. Idem locum habet in sponso & sponsa si sponsalia de presenti contra-
 xerint l. 31. de R. l. Geil. 2. obs. 80. (b) arg. l. 9. ff. de inst. & iur. Grass.
 quæst. 36. (c) l. fin. C. pact. conv. Geil. 2. obs. 124. u. 1. & seq. & obs. 126.
 n. 3. Borch. de grad. fol. 251. Schneid. de loco,

Si

Si veró matrimonium sine dote sit contractum & maritus defunctus dives, uxor vero superstes inops; tunc uxor de iure civili marito una cum liberis succedit in quartam, si liberi sunt tres in partem virilem, si plures.

Auth. præterea C. unde vir & uxor Nov. 117. c. 5. & 53. c. 6 Nov. 74. c. 5. Forst. lib. c. Donell. 9. com 4. Adem beneficium d. auth. præterea extenditur quoq; ad virū propter Nov. 127. c. ult. Schnei. de suc. conug. n. 17. non autem ad sponsam & sponsam sive de presenti sive de futuro. Schneid. d. loco n. 18. & 19. XXIII.

De iure Sax aliud observatur. Succedit enim maritus uxori in omnibus bonis mobilibus exceptis utensilibus. (a) Immobilia ad proximos divolvuntur uxoris heredes (b) Uxori vero tertia pars bonorum mariti cum plurimum ex consuetudine locorum cedit (c) ubi ea deficit quarta. (d)


(a) *Sandrecht art. 31. lib. 1. & art. 76. lib. 3. Limitatur autem hoc ita procedere ut salva maneat liberis & (his non extantibus) parentibus legitima que natura debetur nec ullo statuto aut consuetudine auferri potest l. scripto 7. in fin. ff. unde liberi & l. cum ratio 7. de bon. damnat. Nec attendimus hic, an praxioriens fuerit dives & maritus superstes inops item an matrimonium fuerit sine dote vel dos data fuerit (b) art. 27. lib. 1. d. art. 31. lib. 1. & art. 78. lib. 3. (c) quo tamen casu bona sua propria cum liberis succedens & tertiam partem accipiens conferre cogitur, cætero qui si nihil aut parum maritus reliquit, sua retinebit & illius successione abstinebit. Fachs. lib. 1. dist. 20. Vvesenb. in parat. ff. de grad. & ad h. n. 3. & tit. de coll. bon. n. 4. (d) iure scilicet communi absq; onere collationis. Et hoc verum si duo tresve extent liberi, quod si plures tantum portionem quantam scilicet quicq; liberorum accipit. Vvesenb. d. loco. Coler. d. c. 3. n. 227.*

XXIV.

Ad extremum fiscus quasi in subsidium, ne quis sine herede sit, succedit atque bona hereditaria occupat, ut vacantia sibi que delata (a) Similiter & eius, qui criminis læsæ maiestatis convictus, bona capit, exclusis liberis & alijs consanguineis (b) idq; specialiter, de hoc crimine placuit De alijs aliud dicendum est quia hodie bona ad mortem damnatorum & proscriptorum nihilominus ad descendentes, ascendentes, & ad tertium usq; gradum collaterales pertinens.

(a) *l. 1. l. vacantia C. de bon. vac. & incorp. lib. 10. tit. 10. Schnei. hic de succ. fisci (b) quisquis Cad. l. lul. Maie. (c) auth. bona damnatorum C. de bonis proserip. & damnator. Schneid. d. loco. n. 11. Art. 118. in fin. const. capital. Carol. V.*





Jura, Diss., 1573-1600


ULB Halle 3
003 609 308



S
Sb.








B.I.G.

Farbkarte #13



20.
1600
2
34
2

THEMATA LEGALIA
DE
SVCCESIONE
LEGITIMA SIVE QVÆ
defertur ab intestato ex jure Civ.
feudali nec non Saxon decerpta.

Que
D. O. M. A.
Autoritate & consensu
Nobiliss. & amplissimi ICorum ordinis in in-
clyta Salana Academia.

Præside
Clariss. ac consultiss. viro.
Dn. ORTOLPHO FOMANNO
I. V. D. & Pandectarum Profes-
fore excellentissimo.

Publicè discutienda exhibet
HEINO HINTZIVS Stad. Saxo.
Ad diem. 11. Octobr. in Icorum Auditorio.

J E N Æ

Excudebat Tobias Steinman,
Anno M DC.